S.D. Clariss. D. Doctor, patrone colende
Dei beneficio Ecclesiae in superiori
Germania paulatim instaurantur,
Heri a Philippo literas accepi, quibus
significat Ulmensem quendam nuncium Vi-
tebergam fuisse adferentem eo delibera-
tiones de Ulmensis Ecclesiae constitu-
tione. Exponit etiam se expectare
adventum D. Snepfij, Marij & Stolsij
qui mittantur legati ad Ducem prussiae
ut eum ab Osiandri κενοφωνίαις
abducant, Quid de Osiandri
causa Brentius sentiat ex adiecta
ipsius Epistola ad Philippum scripta
cognoscetis. Mitto vobis pagel-
lam Vitebergae a Tilemanno
nostro propositam, Bene
vale et ignosce properationi
ac brevitati meae, Rostochij
18 febr: ~~Anno~~ Anno ante
septennium Lutherus ex hac
mortali vita evocatus est,
Ao 1553 David Chytraeus

1553. Febr. 18.

Clarissimo
viro, erudi:
tione & vir:
tute p̄stanti
D. D. Alber:
to Harde:
bergio, dn̄o
suo & pa:
trono co:
lendo